



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quinto Decretalium. In Quo De Judicio, Seu Ordine Judiciario criminali, nec non de criminibus Ecclesiasticis, & secularibus ... agitur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1677

Titulus. IX. De Apostatis, & reiterantibus Baptisma.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98302](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98302)

- c. 12. in princ. n. 143. &
 eod. c. post princ. n. 144.
 § Privandi. num. 49.
 102. & seq. §. Et illo-
 rum. num. 91. §. ult. n.
 144.
 c. 13. n. 137.
 c. 14. n. 63. & 66.
 c. 15. in princ. n. 104. §.
 Hoc sane. n. 105.
 c. 16. n. 134.
 c. 17. n. 145. & seq.
 c. 18. n. 126. & seq.
 c. 19. num. 59. & duobus
 seqq.
 c. 20. & ult. in princ. num.
 161. §. Tabemus. num.
 162. §. Et ut eorundem.

n. 163. §. Ceterum, &
 §. fin. n. 164.

IN CLEMENTINIS.

- Clem. 1. post princ. n. 148.
 §. Propter quod. eod. n.
 & 150. §. Verum. num.
 148. 149. & 151. §. Sa-
 ne. n. 148. §. Porro. n.
 149. & §. fin. n. eod.
 Clem. 2. post princ. n. 70.
 & seq. & n. 152.
 Clem. 3. & ult. n. 165.

IN EXTRAVAGANTIBUS
Communibus.

- Extrav. 1. n. 147.
 Extrav. 2. n. 165.
 Extrav. 3. & ult. n. 136.

TITVLVS VIII.

DE SCHISMATICIS, ET ORDI-
natis ab eis.

§. I. Quid sit Schisma, & quomodo ab heresi differat,
 & quæ sint pœne Jure decreta in
 Schismaticos?

ASSERTIO I. Schisma est scissura, sive disjunc-
 tio, per quam quis se ab unitate Ecclesiæ separat, in
 quantum ea est quoddam Corpus Mysticum ex uni-
 versis fidelibus velut membris, & Romano Pontifi-
 ce, tanquam Capite constans, num. 1. Assert. 2.
 Schisma differt ab heresi in eo, quia heresis per se, ac
 directè opponitur fidei, ejus doctrinam negando;
 schisma verò charitati repugnat, Ecclesiæ unitatem,
 quæ in charitate consistit, scindendo. Secundò
 differunt, quia omnis hæreticus est etiam schismati-
 cus, sed non vice versà. Tertiò, quia schisma est
 via ad hæresim, num. 2. Duobus modis schisma fieri
 potest, & tripliciter potest quis non parere velle S.
 Pontifici, n. 3. An is, qui se ab alio Episcopo, quam
 Urbis Romæ separat, sit schismaticus, n. eod. Ass. 3.
 Prima pœna schismaticorum est excommunicatio,
 quam non incurrunt, nisi propriè dicti schismatici,
 qui generaliter ab obedientia Papæ pertinaciter re-
 cedunt, ut Papa est, & Christi Vicarius, n. 4. Re-
 ceptatores verò, fautores, vel defensores schismatico-
 rum, hanc excommunicationem non incurrunt, cir-
 c. n. 4. De Jure communi antiquo, schismatici, sine
 hæresi, non sunt excommunicati ipso jure, neque ab-
 solutè, & universim, n. eod. Secunda pœna schisma-
 ticorum est inhabilitas ad beneficia, & dignitates Ec-
 clesiasticas, n. 5. Tertia pœna est, quòd schismatici
 privandi sunt omnibus beneficijs, officijs, honoribus,
 dignitatibus, & Prælaturis perpetuò, cunctis
 eorum bonis, & juribus confiscatis, c. Ad succiden-
 dos. unic. h. t. in 6. ubi id statutum fuit de duobus
 Cardinalibus schismaticis, n. 6. quæ tamen Consti-
 tutio postea revocata fuit à Benedicto XI. in Extra-
 vag. Dudum. unic. h. t. Inter Communes, n. 7. Nulla
 Jure Canonico statuta est pœna privationis benefi-
 ciorum, ante schisma, obtentorum, quæ ipso jure
 incurratur. Neque irregularitatem aliquam incur-
 rant schismatici, n. 8.

Tomus F.

§. II. An Ordinationes, alique actus, seu gesta per
 schismaticos sint valida, & quam pœnam Juri in-
 currant, qui à schismaticis Ordines
 receperunt?

ASSERTIO I. Ordinationes factæ à schismaticis,
 & ab ordinatis ab eis sunt irritæ, & qui acceperunt
 dignitates Ecclesiasticas, vel beneficia ab eisdem, ca-
 reant impetratis. Alienationes quoque factæ de re-
 bus Ecclesiæ per schismaticos, vel laicos non valent,
 & res sine omni onere ad Ecclesiæ revertuntur: &
 qui præsumit facere contra prædicta, est excommuni-
 catus, & qui spontè jurat de tenendo schismate, à
 SS. Ordinibus, & dignitatibus sunt suspensi, c. 1. h. t.
 n. 9. Episcopus schismaticus verè, & validè Evcharis-
 tiam consecrat, Confirmationis Sacramentum con-
 fert, & Ordinis, dummodo in forma Ecclesiæ illa
 conferat. Item validè consecrat Tempia, Altaria, &
 vasa sacra. At verò potestatem jurisdictionis spiri-
 tualis, nec validè, nec licitè exercere possunt schis-
 matici, adeoque nec à peccatis absolvere, vel ex-
 communicare, leges ferre, vel beneficia conferre &c.
 quod tamen talis Prælati acquisivit Ecclesiæ, id te-
 net, n. 10. Assert. 2. Ordinatus ab Episcopo schis-
 matico, statim repellendus est ab officio, nisi legiti-
 mè probet secum esse dispensatum ab habente au-
 thoritatem, c. 2. h. t. n. 11. Cum tali verò ordinato
 solus Papa dispensare potest, n. eod.

SERIES CAPITULORUM.

IN ANTIQVIS.

- c. 1. n. 9.
 c. 2. & ult. num.
 11.

IN SEXTO.

- c. unic. n. 6.
 IN EXTRAVAGANTIBUS
 Communibus.
 Extravag. unic. n. 8.

TITVLVS IX.

DE APOSTATIS, ET REITERANTI-
bus Baptisma.

§. I. De Apostasia in genere, & in specie de Apo-
 stasia à fide, ejusque pœnis.

QUÆST. I. Quid sit Apostasia in genere, & quot
 sint ejus species? Resp. Apostasia in genere est que-
 dam defectio, seu recessus à DEO, & Apostata est
 Christianus, qui recessit temerariè à DEO: unde tres
 sunt species Apostasiæ. Prima perfidia, per quam
 à fide receditur. Secunda inobedientia, cum quis
 justis præceptis Prælatorum obedire recusat. Tercia
 est Apostasia irregularitatis, per quam receditur
 ab Ordine sacro, vel à Religione, quam quis professus
 est, n. 1. Quæ 2. Quis sit, & dicatur apostata à
 fide, & quæ ejus pœnæ? Resp. primò, Apostata à fi-
 de ille dicitur, qui in totum à fide Christi recedit,
 sive totaliter eam deserit, ut si Christianus fiat Ju-
 dæus, aut Turca, n. 2. Apostasia à fide est species in-
 fidelitatis, sed non essentialiter distincta ab heresi.
 Item omnis apostata à fide reipso est etiam hæreticus,
 sed non vice versà, omnis hæreticus est apostata
 propriè. Nam apostasia vel spectatur, quatenus est
 totalis recessus à vera fide, & tunc apostata propriè
 dicitur, qui Christum, & Christianam fidem penitus
 abnegat: hæreticus verò, qui non omnino, sed so-
 lum quoad unum, vel aliquos articulos à fide rece-
 dit. Vel apostasia consideratur, non quatenus est re-
 cessus

Bbb b 2

cellus

cessus à fide Catholica, sed transitus ad falsam aliquam sectam; & ut sic est infidelitas ejus speciei, ad quam sit transitus, ut Judaeismus, Paganismus, vel Atheismus, cit. n. 2. Resp. secundò, Apostata à fide ipsiusdem poenis puniuntur, quibus heretici, n. eod. Qui Baptismum spontè receperunt, compellendi sunt, ut prioris sectæ ritus dimittant, & Christianam fidem de novo susceptam observent, c. Quidam. 4. h. t. n. 3.

§. II. De Apostatis ab Ordine Clericali, & à Religione, & poenis eorum.

Quæ. I. Quis dicatur apostata ab Ordine Clericali, & quomodo puniatur? Resp. is, qui à Statu Clericali, suscepto Ordine sacro, seu majore, cui votum castitatis est annexum, ad statum conjugalem, vel laicalem conversationem, dimisso habitu Clericali, sine dispensatione transit, Apostata ab Ordine dicitur. Item si Clericus in Minoribus constitutus, & beneficium habens Ecclesiasticum, eo retento, ad nuptias transeat, vel ad statum laicorum, propriâ auctoritate, dimisso habitu Clericali, apostata censetur: secus est, si talis beneficium non habeat, n. 4. Resp. secundò, poenæ apostatæ ab Ordine Clericali sunt primò, excommunicatio non lata, sed ferenda. Secundò, poenâ infamiae, quam ipso facto incurrit. Tertiò, si Clericus Apostata, dimisso habitu Clericali, & tonsurâ, monitus habitum non reasumpserit, perdit privilegium Ordinis Clericalis, ita ut percussus illum non incidat in excommunicationem, c. Præerea, t. h. t. ubi habetur, quod tales Clerici, si in criminibus deprehensi teneantur, per censuram Ecclesiasticam, sive excommunicationem percussus non liberentur: quamvis alij hoc intelligant de Clerico in Sacris constituto, quod si monitus in Apostasia persistat, omni privilegio Clericali, etiam fori, sit privandus, n. 5. Si non constet de Apostasia ab Ordine, & Statu Clericali: Clerici tamen graviter infamati sint de Apostasia, quia habitum dimiserunt, tum non sunt tolerandi in habitu seculari, sed per censuram cogendi ad se, deficiente probatione, canonicè purgandum, c. Tunc. 3. h. t. n. 6. Item Clerici apostatæ, qui dimisso habitu, detinentur in carcere, & nec minis, nec blanditijs adduci possunt, ut habitum reassumant, possunt sub gravi custodia asservari, ita ut miseram vitam ducant, donec resipiscant, c. A nobis. 5. h. t. n. 7. deducuntur quædam corollaria, n. eod. Quæ. 2. Quis sit, & dicatur Apostata à Religione, seu Statu Religioso, & quas poenas incurrat? Resp. primò, Apostata à Religione est, qui, sine licentia Superioris sui, ab Ordine Religioso, quem professus est, recessit cum proposito nunquam redeundi. Unde duo ad Apostasiam requiruntur, ut sine licentia Prælati sui discesserit ab Ordine Religioso: deinde ut ad alium Ordinem Religiosum non transierit, n. 8. Resp. secundò, prima poenâ Apostatarum à Religioso Ordine est, quod ipso jure excommunicationem incurrant. Sed probabilius est, solum excommunicatos esse illos, qui temerè habitum suæ Religionis dimittunt, etiam absque animo apostatandi, seu Religionem omnino dimittendi, n. 9. Secunda poenâ est, quod Monachus in Apostasia ordinatus non possit ministrare in illo Ordine suscepto, etsi deinde Abbati suo fuerit reconciliatus, & poenitentiam egerit, sine dispensa-

tionis S. Pontificis, c. ali. h. t. n. 10, quem tamen suspensionem non incurrit, qui duranter apostatatos Ordines suscepit, n. eod. Additur etiam poenâ apostatarum à Religione, quod postquam emendati ad pristinam Religionem fuerint, non possint eligi in Prælatos Religionis delectæ. Sed probabilius est, hanc poenâ illis non incurri, cum nullum Jus extet eos indubitanter ad Prælaturas, n. 11.

§. III. De reiterantibus Baptismum, & poenis.

Baptismus semel legitime collatus remanere debet, cum indelebilem Characterem imprimat, n. 12. Quæ. 1. Quæ sit poenâ reiterantis Baptismum? Resp. primò, qui alium Baptismum iterum crassam ignorantiam, iterum baptizatus, ab ordine regularis sit, ita ut ad Ordinem, solum frequenter promoveri non possit. Idque indubitanter de laico, si publicum sit, c. 2. h. t. ubi idem in ministrante rebaptizanti, ergo multo magis laicum habet in ipso rebaptizante, n. 13. Resp. secundò, Diaconi, Subdiaconi, Acolyti, qui ministrant Sacerdoti rebaptizanti, non incurrent irregularitatem, si peccatum eorum est occultum, tamen irregulares, ita ut ad Ordinem frequentius promoveri non possint, si factum eorum est publicum, n. 14. Resp. tertiò, qui scienter se absolunt, & hoc occasione rebaptizari sunt, simpliciter sunt irregulares, ita ut ad Ecclesiasticos Ordines nullo modo promoveri possint, in qua irregularitate solus S. Pontifex dispensare potest, n. 16. Quæ. 2. An qui in Sacramento Confirmationis alicui contulit, vel illam scienter suscepit, fiat irregularis? Resp. negativè, quia id Jure Canonico non est expectandum. Postremò qui scienter Baptismum reiterant, infamiam, si Clerici sint, deponendi sunt, Latet velle communicandi, nec ordinari possunt, cit. n. 17. fine.

SERIES CAPITULORUM.

IN ANTIQUIS.

c. 1. n. 5.	c. 4. n. 34.
c. 2. n. 14.	c. 5. n. 7.
c. 3. n. 6.	c. 6. n. 10.

TITVLVS X.

DE HIS, QUI FILIOS OCCIDERUNT.

Quæ. I. Quid sit parricidium, & quibus poenis committatur? Resp. parricidium proprie dicitur, quando quis occidit proprium patrem, matrem etiam naturalem tantum & illegitimam, postea verò & nomen, & poenâ parricidij extenditur ad parentes, qui filios occiderunt. Imò etiam parricidium committitur, ejusque poenâ incurritur, si occidit avum, vel aviam, vel alios ascendentes, vel e contra, si parentes occidant nepotes ex filia, vel e contra, si filios occidant, am matrem, vel filia, omnesque alios descendentes. Secundò, si pater, vel socrus occidat generum, am matrem, vel socrum, vel frater occidat fratrem, vel e conversâ. Tertiò, si alij consanguinei collaterales occiderint. Quartò, si alij consanguinei gradum, qui dant consanguineum infra quartum gradum, occiderint.